

relectiva sufficeret aliud organum, dummodo esset ei conjunctum, tanto magis in proposito dicendum est de anima rationali, quod imaginativa corporis noviter informati sufficit ei ad exercendam quamcumque operationem ab ea dependentem, quam in alio corpore poterat exercere, nec opus esse imaginativa illius.

231. Occurrit ad hoc lib. 4. cum 55. primo male à nobis explicari textum 20. tertii de anima de homine mortuo, & intellectu separato, sic enim Piccol. in illam textum arguit, de intellectu conjuncto verum est ipsum nihil intelligere sine intellectu passivo corruptibili, de intellectu separato falsum est; at Arist. loquitur de illo intellectu incorruptibili, qui nihil intelligit sine intellectu passivo corruptibili, ergo non loquitur de intellectu separato, sed conjuncto, verum intellectus separatus est hominis mortui, conjunctus vivi, loquitur itaque Arist. de hominibus vivis, non de mortuis, quando ait non remiscitur; hoc etiam probat ponderando verba textus, nota subiectum quæsitum nos, nota prædicamentum remiscitur, ex parte subiecti Arist. loquitur de se, & suis, hi erant vivi, & intellectus conjunctus in eis; ex parte prædicati probat idem ex 1. de anima 66. ubi remiscitur non intellectui, sed toti conjuncto convenire dicitur. Cæterum Arist. text. 20. cit. loqui de intellectu separato, & post mortem, est communis ferè omnium interpretum expositio, quorum illos referant, qui sunt ad manum, alios atque referant, si habentem, quis est communis expositio tam veterum, quam recentiorum Peripateticorum, ubi expositio Themistius lib. 3. de anima cap. 28. confertur hunc textum comm. tex. 66. primi de anima, ubi cum ait intellectum non remiscitur, utique de intellectu separato loquitur, & homine post mortem, ait enim quare, & hoc corruptio neque meminit, neque amat, non enim illius erant, sed communis quodquidem destructum est, quibus verbis ait Themistius respondere illa in isto tex. 20. tertii de anima, non recordamur, idcirco ob occatu, quia hic imparitabilis est, intellectus vero, qui patibilis dicitur, aboletur, & sine hoc nihil intelligit; sic etiam de homine post mortem, & de intellectu separato ex eodem tex. 66. primi de anima hunc textum explicuit Eminentiſſ. Card. Inal. Oregius amantissimus olim me Mæcenas in doctissima sua Disput. de animæ immortalitate pag. 112. ex græco, unde necio, quia ratione Ferchius ex illo tex. 66. 1. de animæ deducere præsentat in hoc 20. tertii de animæ. illi correspondente de intellectu conjuncto, & homine vivo sermonem fieri cum inde totum oportuit deducatur, ex hoc enim, quod remiscitur non intellectui separato, sed toti conjuncto convenit, ut ibi habetur, sequitur non remiscitur, de quo est sermo tex. 20. 3. de anima. convenire intellectui separato, & homini defuncto, & hac etiam ratione Raguleus disp. 87. de animæ immortal. cap. 8. versus finem hunc tex. 20. eodem modo explicat, quod loquitur de homine defuncto, quia clarum est, dum nos vivimus, remiscitur, & falsum esset dicere de nobis viventibus ab absolute, quod non remiscitur, quare post mortem (inquit) remanet solum intellectus semper intelligens, & nunquam remiscitur, quasi velit Aristot. docere intellectum separatum solis acquiritis species in continuo intelligendi adu verari, quibus verbis tradit Raguleus species intelligibiles hic acquiritas in intellectu separato conservari, non ergo non remiscitur, quia Peripateticos, neque placuit Aristot. sententia, sic etiam explicat Contar. quæst. de immortal. animæ cap. 2. ratione 13. Tromb. ibidem art. 1. concl. 6. in fine. D. Thom. 3. de animæ cap. 20. Averſ. Conim. Cajet. Thien. in hunc textum Apollinarij ibid. & alii passim.

232. Itaque dicendum in eo tex. de intellectu separato sermonem fieri, & hoc quidem colligitur, tam ex priori parte textus, quam ex posteriori, nam in priori parte sic loquitur separatus autem solum est hoc, quod quidem est, & hoc solum est immortale, & perpetuum, in posteriori autem sic non remiscitur autem, quia hoc quidem immortale est, quibus verbis satis patet non de viventibus loqui, quis enim demens diceret remiscitur in hoc statu nobis non convenire? loquitur ergo de statu separationis; quomodo autem id intelligendum sit, declarat Doctor 4. d. 45. quæst. in fine, quod post mortem non remiscitur, quatenus non inveniatur memoria sensitiva, seu cogitativa, quam Arist. ibi vocat intellectum passivum ob propinquitatem ad verum, & proprium intellectum, & cum ait in tali statu nos non remiscitur, non debet intelligi de quacumque remiscitur, quia etiam ait sine tali intellectu passivo ibidem nihil intelligi, & tamen certum est intellectum separatum intelligere, alioquin immortalis non esset, quia in statu separationis propria operationem habere non posset, sed sicut vult dicere animam nihil posse intelligere eo intelligendi modo, quo utitur in corpore, scilicet recurriendo ad phantasmata, ita vult dicere non remiscitur eo modo, quo remiscitur in hoc statu per dependentiam à memoria sensitiva, quia tunc non adest otio ille necessarius potentiarum intellectiva, & sensitiva in operando circa idem objectum, qualis nunc intervenit pro statu isto, & hoc etiam modo explicat Doctor Arist. lib. de memoria, & remin. 4. d. 45. q. 3. §. de secundò nam licet ibi dicat memoriam intelligibilem non dari sine phantasmate, non propter hoc negandum est memoriam esse in intellectu, sicut non negatur intelligere in intellectu, & tamen secundum ipsam ibi non intelligimus sine phantasmate; hinc dicebat S. Thom. cit. intelligere esse quodammodo acquiescendum in statu conjunctionis, & separationis ob diversum intelligendi modum, & sic etiam dici potest de remiscitur; sic etiam hunc textum Conimb exponunt non omnem recordationem extincto corpore deperire, sed esse dumtaxat, quod sit inventu imaginatiois, quam etiam ex-

positionem dat Contar. quæst. de immortal. animæ c. 7. ad 8. Cum vero dicebat Ferchius, quod si in eo tex. 20. sermonem habere Arist. de anima separata, dicendum erat in numero singulari, non remiscitur autem anima, non autem in numero plurali de nobis non remiscitur autem, in loquendo modo suam expositioem Ferchius specialiter fundavit; respond. & expositionem illam, ac quod ponderationem modo loquendi Arist. esse verbatim desumptam à Cajet. lib. 3. de anima in eum textum. Huic vero Cajet. ponderationi trifariam respondet Capredonus de Theologia Aristot. lib. 1. c. 10. primo ex doctrina D. Thom. 1. p. qu. 75. art. 4. ad 1. docet ibi hominem sumi pro anima, & hoc modo simpliciter Arist. quandoquidem secundum ipsam q. Ethic. illud positulum videtur esse unumquodque quod est in ipso corpore, sicut quod facit Civitatis Rector, civitas facere dicitur; Cuius itaq; anima intellectiva sit quid in homine positulum, anima intellectiva pro homine sumitur, ac per hoc dicitur homo, quo circa potuit dicere Arist. de anima sermonem habens non homines remiscitur; secundum respondet Arist. doctrinam esse 1. de anima 64. convenientius dici, hominem addiscere, vel intelligere, & pari modo de remiscitur non aptus pro anima remiscitur dicitur quam animam remiscitur, & idem Arist. hoc. cit. asserit melius dici non remiscitur, quoniam animam, vel aliquam animæ partem non remiscitur; ut ergo Aristot. doceret doctrinam sibi conformem loquendo de anima post mortem dixit non remiscitur, hoc est, nos homines, qui sumus post mortem secundum partem principalem, scilicet secundum animam intellectivam non remiscitur. Tertio tandem ait Arist. dixisse non remiscitur, quia de remiscitur loquebatur, cujus subiectum est totum humanum compositum, & non anima sola, & ad hoc explicandum ait, non remiscitur. notat tamen hic idem Auctor lib. 1. cit. c. 39. ad 1. quod cum Aristot. hic, & de anima 63. inquit non dari remiscitur post mortem, sermonem habere de remiscitur ad partem sensitivam spectante, non autem de memoria ad intellectum pertinente, quam in anima separata asserit inveniri, in qua etiam vult conservari de mente Arist. habitus, & species hic acquiritas c. 38. & 39. & responder ad omnia allata à Ferchio in oppositum, ubi etiam adducendum est doctissimum hunc Thomam doctrinam ibi Aristot. singulariter profiteri, & quod ipse senserit de anima, & aliis substantiis separatis, idemque librum illum Theologiam Arist. nuncupasse, quod addo, nec dicit Ferchius, ut solet, nos extra Peripatam abire, & extra proprium.

233. Deinde ulterius dicit, numer. 41. quod etiam admittetur anima novum corpus informans retinere species in alio corpore acquiritas, non sicut imaginativa præsens, ut eius ministerio valeat uti species prius acquiritas, ut nos dicebamus, quia requiritur phantasma, & consideratio actualis ipsius phantasmatis in imaginatione ad hoc, ut intellectus valeat uti scientia acquisita. At nos hanc evasione præclarissimam supra per paritatem sumptam ex tex. 65. primi de animæ de potentia viviva, quod si senex acciperet oculum juvenis, videret ut juvenis. Verum, quia pinxus difficultatis pendet ex causalitate phantasmatis, & modo concurrenti ad intellectum, promittitur hæc responsio infringitur ex eo, quod communiter dicit solet non ita essentialiter pendet intellectum à phantasmatis in secunda motione, sicut in prima, in qua accipit principium efficiendi adum intelligendi, quia ratione dicebat Arist. 3. de anima 8. & 8. Phys. 32. non egerè amplius intellectum alio motore ad intelligendum, cum species impressas adeptus fuerit, quam doctrinam recipit, & approbat Doctor 4. d. 45. q. 3. ad 1. princ. ac etiam 4. d. 45. qu. 1. ad 1. princ. ubi explicans illam auctoritatem ex 3. de anima 39. ita habent phantasmata ad intellectum sicut sensibilia ad sensum, ergo sicut sensus non potest aliquid sensationem habere, nisi moveatur à sensibilibus, sic nec intellectus aliquid intellectionem, nisi moveatur à phantasmate; respondet, quod illa auctoritas debet intelligi quoad acquisitionem speciei, & hoc primam, & primæ, sed quoad usum non est intelligendum, & ratio est, quia intellectus potest uti forma prius acquirita, licet in non habeatur, quæ prius necessaria erant ad acquirendam illam formam, non sic sensus loquendo de sensu exteriori, potest uti aliqua forma prius acquirita, quia non est conservatus speciei prius receptæ ad posterius operandum, sic igitur in proposito concessio semel, quod species acquirita ab anima in veteri corpore conservetur in ipsa, poterit ipsi uti in corpore novo, etiam si non adit illa eadem phantasia prior, virtute cuius illas acquiravit, & per eas cognoscere quidditates ante habitualiter notas, & recognoscere objecta antea cognita, quia illa non est amplius necessaria ad talia objecta recognoscenda, cum in ordine ad illa se habeat intellectus, velut in secunda motione. Cui quoque doctrinæ subterbit Raguleus disput. 21. capit. 11. ad 2. Alexanderorum, ubi probans animam separatam posse propriam habere operationem, utique species hic acquiritas independentem à phantasmatis inquit, animam vertere oportet, phantasmata non necessario ad ipsam intellectionem efficiendam necessario concurrere, sed prius tantummodo ad speciem intelligibilis educationem requiri; ubi autem intelligibilis obiectum in sua specie refulgens intellectui prælo est, tunc intellectus abique ullo phantasmate auxiliò in intelligendo a se ipsum percipere potest, anima igitur à corpore semiviva (inquit) quævis nullum amplius commercium cum phantasmatis habet, multas tamen intelligibiles species habet, quibus optime suum intelligendi munus exerceat; eadem igitur ratione in proposito nostro, siant-

ma cum illis speciebus in novum corpus revertatur, poterit obiecta in ipsis relictiva iterum recognoscere, & recognoscere abique phantasmate auxiliò.

Præterea Alphonus de Castro adversus hæresim hanc de animarum transmigratione lib. 2. tit. Anima hæres. 8. idem conatuet argumentum de præteritorem memoria, & solutionem ex Ferchio allatam evincit casu D. Pauli narato 2. Corinth. 12. siquidem in tertium Cælum raptus vidit arcana Dei, quæ non licet homini loqui, in quo raptus, quamvis ipse dubius sit, an ejus animam in corpore fuerit, an extra corpus, hoc tamen est certum, animam tunc minimè corporeis sensibus usam, sed ipsam solum sine ullo corporeis adincentio in illa fuisse arcanorum contemplatione, quoniam corporei sensus ad illa contemplationem contemplatione, & tamen postea illorum, quæ vidit, remiscitur, ut videtur, cum ad corpus rediit, remiscitur, multò magis anima illorum remisceretur, in quibus per tot tempora in alio corpore vivens remorata est; eandem denique rationem contra animarum circulationem urget S. Bonavent. 2. dist. 18. art. 2. qu. 2. in corpore quæsit.

Quinta Ratio propugnata.

234. Quintum argumentum erat disput. 5. cit. num. 271. quia etiam ratio adducta à Ferchio in precedenti argumentatione sufficiens esset pro oblivione gestorum in alio corpore, quale in novo corpore assumpto non recordatur gestorum saltem extra corpus in proximo statu separationis? Respondet Ferchius vestig. 6. lib. 2. num. 147. quoniam intellectus possibilis in statu in corpore, sicut tabula, in qua nihil est pictum 3. de anima 14. & in ore ex proportione materię, materia quippe non recipit formam novam, nisi veteribus abiectis, ut nuda accedat ad nudam; ita intellectus accellurus ad corpus denudatur ab accidentibus oppositi status, scilicet separationis. Ratio quoque illius status conjunctionis hoc exigit, scilicet propter ordinem potentiarum cognitivarum in agendo, sicut in essendo; in essendo materia est propter formam, corpus propter animam; in agendo actio corporis est propter actionem animæ, & actio formæ sensitivæ propter actionem intellectivæ; hæc cum ita sint, necessarium est intellectionem, & habitum animæ separatae in iterata conjunctione deleri, ne anima occupata circa objecta locum advecta naturalem famulatum respueret. Sed loc. cit. hæc responſionem refellimus, quia in prima textus Arist. non facit ad rem, nam Arist. ibi idem dicit intellectum possibilem innasci in corpore, sicut tabula, in qua nihil est depictum, quia supponeret tunc primo innasci, & fieri, non autem quod præcederet in alio statu, nam si hoc supposuisset, sanè non dixisset accedere omni specie nudum.

Repellit hæc impugnationem Ferchius lib. 4. cap. 7. num. 57. quia Aristot. de nuditate loquitur in textu oportet autem sic, ut in tabula, in qua nihil est scriptum actus, quod quidem accidit in intellectu, de nuditate ergo ab omni specie textus loquitur, de innasci vero vel primo, vel secundo, vel decimo nihil, in textu Aristot. unde inquit nos componere textus novas ad ipsum decipiendum. Deinde ait, fieri intellectum tunc primo est simpliciter falsum in Aristot. quia 2. de gener. animal. cap. 3. solus intellectus est ante corpus, & extrinsecus accedit, sic in 1. de anima 65. intellectus innasci videtur subsistens quædam existens, & non corrupti, est ergo substantia quædam existens ante corpus, & non matericum corpore, sed tantum innascitur. Rufus 1. de anima 82. de intellectu animalitico rationalissimum enim esse hinc an respiciendum, & dominium secundum naturam, si antiquissimum, & elementis prior secundum naturam, qui fieri potest, ut fiat, & elementis innascitur in corpore novo? quare concludit fallum esse, quod Arist. in eo textu supponeret tunc intellectum primo innasci, & fieri, & non in alio statu præcessisse, idque à nobis propositi, sed non probari.

235. Sed erravimus circa illum text. 14. 3. de anima utentes verbo innasci, quod in textu non est, planè Ferchius ipse causa nihil erroris fuit, qui vestig. 6. lib. 2. num. 147. postulatione respondens, quare non recordatur saltem gestorum extra corpus? occurrit, quoniam intellectus possibilis innascitur in corpore sicut tabula, in qua nihil est depictum 3. de anima 14. si ergo de innasci nihil est in textu, cur tale verbum memorat referens illum textum? ipse ergo novus compositus textus, non autem nos, atque mentis nostra expositio ad illum textum verissima est, scilicet ab initio intellectum in corpore innasci, in quo nihil est depictum, quia supponit, vel intendit in alio statu non præcessisse, sed tunc primo innasci, & fieri in corpore; quod ex ipso contextu colligitur, & quia si in alio statu præcessisset, cum aliis intellectionibus, & habitibus, quos tunc exerceat in iterata unione cum corpore, tunc non diceretur innasci, sicut tabula, in qua nihil fuit depictum, sed sicut tabula, in qua fuit aliquod depictum, sed postea abrasum. Deinde in coterminu, ut notat Apollinarij, ac cæteri Expositores, solvit dubitationem quandam superius præmissam, dicens quod passio multipliciter accipitur, quædam enim est passio proprie sumpta, quæ fit cum abiectione contrarij, sicut calefactio; quædam vero largè sumpta, per quam sola fit acquisitio, vel sola deperditio qualitatis; & consequenter ad dubitationem dicit, quod intellectionem

us, dum intelligit, ab intelligibilibus non patitur passione corruptiva, sed solum perfectiva, intellectus enim est in potentia ad intelligibilia, antequam intelligat illa, neque est aliquid illorum in actu, nisi cum actu intelligit ipsam, & ex hoc, quod ab intelligibili recipit intellectionem, non necessario abiectione alia dispositio contraria, sicut in tabula rasci contingit, in qua nihil est pictum, ipsa enim ad omni picturam est in potentia, & cum in ea de novo produci pictura non propter hoc dispositio alia contraria abiectione, hoc non contingeret, si intellectus in alio statu præcessisset cum intellectionibus, & habitibus, alio alio statu præcessisset, & incompossibilis statum conjunctionis, nam ut posset in corpore intelligere, opus esset, ut ab intellectu abiectione huiusmodi dispositiones contrarie, ut de facto Ferchius affirmat, quia accidentia in statu separationis, & conjunctionis sunt opposita, & se invicem impediunt. Denique ut notat Conimb. in hoc textu, & Cajet. 3. de anima cap. 2. de intellectu agente, hic locus est adversus Platonem, qui in Menone, Phædro, alique in locis docuit nostris animos antequam in hæc caduca, & moribunda corpore descendere, omnium rerum notiones in se consignatas habuisse, sed contagione corporis, & quasi terri carceris inſolentia in oblivionem superioris intelligentiæ delabi, remiscitur tamen discendo, atque in omnem nostram disciplinam recordationem quandam esse, & hunc errorem confutavimus (inquit) ex initio libro 1. Post ubi ejus meminit Aristot. Ex qua notione duo sunt colligenda adversus Ferchium, animæ est re vera Aristot. in hoc textu docere intellectum in corpore innasci, omnino primo, itaque in alio statu non præcesserit ante corpus, quia loquitur adversus Platonicos, qui ita dicebant; alterum est huius erroris Aristot. quoque meminisse 1. Post. cap. 1. (quod supra negabat Ferchius lib. 4. num. 48.) idem habet D. Thom. 2. contra gentes cap. 93.

236. Deinde falsum est, quod ait Ferchius, animam rationalem ante corpus præexistere, & non potius cum ipso simul fieri secundum Aristot. alio verum sit non cum ipso definire, quandoquidem ita expresse docuit Arist. 12. Metaph. text. 16. & 17. ubi namque de formati inceptio sermonem habens distinguit de duobus formarum generibus, quædam enim sunt forme moventes, sicut intelligentiæ, & illas inquit ante singularum rerum generationem existere, alie vero sunt forme, quæ habent rationem causæ formativæ, & compositum confluentem, & has inquit non prius existere, quam compositum per ipsas constitutum, & sub illo secundo genere formarum animam quoque rationalem comprehendit; hæc querens deinde, text. 17. in aliqua formarum secundi generis post compositi dissolutionem quæ manere superflue, ait in quibusdam id contingere posse, & speciat hæc esse animam rationalem; ambo textus hic referibit, ut pateat eorum claritas; causa itaque moventes, tanquam antea existunt; quæ vero, ut ratio, simul sunt, cum enim sanus homo, tunc etiam sanus est, & forma que a se ipso simul atque ane separata, si autem aliquod posterius permanet, considerandum est, in quibusdam enim nihil probat, veluti si anima talis sit, non omni, sed intellectus, omne namque fortassis impossibile est, ubi Alenis, cui concinit Scotus, exponit dicens, notandum est, quod sententia Philosophi in brevi est ista, quod de essentia cuiuslibet forma est, quæ incipiat esse cum forma composita; sed tamen aliqua forma est, quæ potest habere esse post substantiam compositam, sicut est intellectus, licet enim potentia sensitivæ, quæ sunt aliquid, & hæc organum, non habeat esse post substantiam compositam, tamen forma intellectiva habet esse: ecce textum clarum, & clariorem eius expositionem Alenis, quem non emel Ferchius in lib. de sensu appellat Metaph. expositorem subtiliorem; unde nescio ex quo capite præterat Ferchius vest. 6. lib. 2. num. 146. ex hoc textu oportuit probare, quod anima corpori præexistat, dum inquit, idem autem est dicere in 12. Met. 17. quod anima posterius manet, & quod sit ante, nam Arist. expresse docet animam posterius corpore manere, & ante illud non præexistere; & Scotus 4. d. 3. q. 2. M. ait in principiis Arist. animam accipere esse de novo, cum non potest esse perpetuo præcessisse sine corpore, nec prius in alio corpore.

Loca vero, in qua in oppositum adducit, aut falsa sunt, aut male intellecta, nam secundum de gener. animal. cap. 3. utique ait folum intellectum extrinsecus accedere, & non ex ipso modo, & crasso semine oriri, quemadmodum sentientem, & vegetantem, quæ corpus præexistere, nam verba textus sunt ista, restat igitur, ut mens sola extrinsecus accedat, & que sola divina sit, nihil enim cum ejus actione communicat actio corporalis, in quibusdam enim non est profusus mentio de mentis præexistentiæ ante corpus, sed solum dicitur extrinsecus adventire, non autem intrinsecus de potentia materię, sive antea præexistit, sive tunc adit in corpore producat extrinsecus a Deo. Alter quoque locus ex 1. de anima. 65. intellectus innasci videtur substantia quædam existens, omnino extorquetur videtur, cum inde inferat Ferchius ergo substantia quædam existens ante corpus, & non nascitur cum corpore, sed tantum innascitur? nam potius ex illa phrasî deducitur animam nasci, atque produci, & non quidem extra, vel ante corpus, sed in corpore, hoc enim sonat innasci, quod in alio nasci, in alio fieri; subdit tamen, quod innascitur, substantia quædam existens, ne quis suspicaretur nasci, & fieri in materia, ut alie forme substantiales, quæ fiunt in materia, ac dependent ab ea, ac proinde dicuntur forme mate-

materiales, & inherentes, non autem per se existentes, cujus text. optimam tradit expositionem Cardin. Greg. qu. cit. ad 5. & velle sic arguere, intellectus innascitur, ut substantia quedam existens; ergo est substantia existens ante corpus, est manifesta fallacia consequentis, sicut si diceretur Petrus est existens, ergo est existens ante Paulum, qui est pater ejus. Alter denique locus ex 2. de anim. 82. non adducitur ad rem, quia non est ibi sermo de prioritate temporis, sed nature, & dignitatis, ut colligitur ex verbis immediate precedentibus, anima autem aliquid esse melius, & praeferentius esse, impossibile est, nisi in se, & antiquitas ibi prioritatem significat excellentiae, ac dignitatis animae supra ceteras formas inferiores, ut indicat verbum demerit.

237 Secundo responsum illam Ferchii ad argumentum principia de datam vellig. 6. lib. 2. num. 147. ulterius impugnavimus disp. 5. de gener. num. 171. quia ratio, quam ibi adducit ex proportionem formae ad materiam non convincit, materia enim denotatur debet veteribus formis, ut novam suscipiat, quia illae opponantur novae, & ejus accessum impediunt; at non videtur, cur anima debeat pariter exuere species vel habitus, quos in statu separationis habebat, quia haec accidentia non impediunt ejus conjunctionem cum corpore. Inflat Ferchius lib. 4. num. 78. in hac impugnatione, vel responsum nos principium petere, dum dicitur non videri necessarium animam separatam exuere intellectiones, & species illius status in reunionem cum corpore, quia haec accidentia non impediunt ejus conjunctionem cum corpore; hoc, & ita sua separatio, & conjunctionis sunt opposita, & ideo dum anima separata reunitur debet illius status accidentia dimittere, nam intellectus conjunctus est aligatus sensibus in recipiendis objectis, & objectorum cognitione, separatus est solutus a sensibus, & nihil ab eis recipere potest. At fallum est hic nos principium petere, & in probatione deficere, nos enim in nostra solutione negamus illam suam paritatem ex materia, & forma desumptam, quia materia quidem denotari debet veteribus formis, ut novam suscipiat, quae opponantur novae, & ejus accessum impediunt, quo pacto accidentia animae separatae negamus impedire conjunctionem ejus cum corpore; atque ideo cum nos responderemus, & negaremus, ad aliud non tenebamur, sed ipsi incumbere probare paritatem, & talem oppositionem, quam postea hic probat, ut suo muneri satisfecerit ex oppositione statum separationis, & conjunctionis, at non probat sufficienter, quia non omnia accidentia, quae animae conveniunt in statu conjunctionis reperiuntur omnibus, quae ei competunt in statu separationis, & contra, sicut enim species hic acquisitas retinere potest in alio statu, quod non obicitur Arist. significavit 1. Ethic. cap. 11. ubi vult desunt animas multa cognoscere, quae hic sunt, per nempe proferos amicorum successus, vel infortunia, quod non videtur melius fieri posse, quam per species amicorum hinc ad vinctas ita quae si possit iterum anima in corpus reverti, poterit secum deferre species, vel habitus, quos habebat in priori statu; nam species unius objecti non repugnat cum specie alterius etiam si una esset in se, & alia acquisita, & intellectio alicuius objecti semper est ejusdem rationis, sive ab anima conjuncta eliciatur, sive separata, unde status illi opponitur solum in modo cognoscendi, & acquirendi species per dependentiam, vel independentiam a sensibus, nequaquam vero in speciebus ipsis acquisitis, ac intellectibus, quia omnes funt spirituales, & eodem modo a suis objectis specificantur in utroque statu.

At rursus num. 79. probare contendit accidentia animae separatam scilicet actus, species, & habitus debere deleri, ut cum corpore possit denuo conjungi, quia natura nec rediunt in superflua, nec deficit in necessariis; si anima conjuncta intelligat objecta, & habitus spectantes ad statum separationis, jam impediunt ab intellectu objectorum pertinentium ad statum conjunctionis 2. Topic. loc. 33. non contingit simul plura cogitare; ergo superfluum est secum advehere objecta separationis, nam hoc est advehere impedimenta. Secundo anima intellectiva in corpore nihil intelligit sine ministerio corporis, & sensuum 3. de anim. 30. 39. ergo objecta separationis non intelligit, cum illa sint intelligibilia, & non per sensum; nec dici potest, quod intelligantur sine sensuum famulatu, quia modi illi intelligendi per sensum sunt incompossibiles. Tertio quia intellectus secum deferret objecta separationis, semper circa talia objecta verteretur, quae de se sunt magis intelligibilia, & ad quae magis inclinatur 1. Metaph. 1. quae circa sensibilia, & in idem recidit ratio subsecuens; Denique aliam rationem deducit ex 3. de anima 61. quia in summa consistit in hoc, natura ad melius cum anima, tum corporis, tum totius compositi consistit, ut intellectus in corpore existens nihil cognoscit nisi famulatu corporis, & sensuum, quem famulatum non respiciet, si objecta meliora sine hoc famulatu cognoscere possent, & in eorum cognitione felicitate potiori, qui enim habet finem, non quaerit media ad acquirendum finem.

238 Respond. ad haec omnia facile supposita doctrina superior ex Scoto allegata num. 233. quam tenent ex Peripateticis quampures, & praesertim Raguseus ibi citatus, & Collunius de triplici statu animae rationalis disp. 5. sect. 8. Cardinales Tolet. 1. dignanim. text. 12. & Oregius qu. cit. ad 4. nimirum intellectum, etiam in statu conjunctionis phantasmaticum non indigere, nisi in prima motione, id est in acquisitione specierum, & prima intel-

lectione facta per eas in secunda vero motione non semper illis indigere, sed uti posse speciebz autem acquisitis sine recurru ad phantasmata, pro quo Bargius 1. disp. 3. qu. 6. §. ad animam de Philosophia, duas adducit Scoti auctoritates valde expressas, unam 4. disp. 4. qu. 1. ad 1. princ. jam superius allegatam, alteram 1. disp. 3. qu. 4. in corpore quaesiti; Itaque ad 1. negatur sequela antecedentis, quod scilicet si anima separata secum deferat objecta separationis impediretur ab intellectu objectorum ad statum conjunctionis pertinentium, ad probationem ex 2. Topic. loc. 33. quod non contingit simul plura cogitare, quicquid sit de sensu hujus propositionis modo, de quo dixi disp. 6. de anima qu. 9. dico, quod si utraque objecta simul intelligere nequibit, sufficit, ut possit intelligere successively, & disjunctim unum post aliud. Ad 2. verificatur, assumptum praesertim in prima motione, non tamen semper in secunda, unde comparatis ab intellectu speciebz objectorum separationis, illisque retentis in novo statu conjunctionis, poterit eis utriusque phantasmaticum adminiculo, & in eorum consideratione se habebit, velut in secunda motione, quare negatur consequentia, ad probationem dico, quod licet in statu separationis dari nequeat modus intelligendi per sensum, vel per dependentiam a sensibus, quia anima in tali statu est quocumque sensu delictuta, attamen in statu conjunctionis, non repugnat modus intelligendi independentem a sensibus, non quidem simpliciter, & absolute, & respectu cuiuscumque objecti, hoc enim pacto est proprius dumtaxat status separationis, sine anima separatae, sed in secunda motione, & respectu objectorum, quorum species fuerunt antea comparatae in statu separationis, nam si comparatae fuissent in statu conjunctionis, mediate saltem eorum intellectu penderet a sensibus. Ad 3. occurrendum ex doctrina Scoti 2. ad 22. qu. 4. §. respondens ergo, quod ex imperio voluntatis poterit intellectus divertit a consideratione objecti potentioris ad movendum ad contemplationem debilioris, ut etiam modo de factis pluries contingit, nec illud profusum argumentum cum sua conf. majus mysterium continet.

Ad ultimum dico idem ser argumentum asseri a Doctore, vel saltem valde simile 4. disp. 47. qu. 2. ab initio ad probandum, quod anima separata non possit acquirere cognitionem alicuius prius ignoti quia tunc intellectus frustra uniretur corpori, probatio consequentia, non unitur propter perfectionem corporis, quia forma non est propter materiam, sed converso 2. Phyc. ergo unitur propter perfectionem ipsi acquirendam, ut scilicet per ipsum sensum in corpore acquirat scientiam, sed illud esset frustra, si separata sine ullo sensuum posset eam acquirere. Respondet Doctor hic. ad 1. princ. quod non loquitur frustra animam uniri corpori, sed enim quod propter perfectionem animae fieret illa unio, ut scilicet acquireret perfectionem suam ex tali unione, non loquitur, quod frustra uniat, si per aliam viam posset eam acquirere; si enim aliquid ordinatur ad finem non frustra fit, si alio modo possit finis acquiri, sicut si sanitas posset acquiri per lotionem, & potionem, non frustra fit locio, & si per potionem posset sanitas haberi, ita etsi cognitio possit acquiri per ipsum sensum, & per alium modum ab anima separata, non frustra fit unio, ex quo ipsa est conveniens uno modo acquirendi cognitionem; aliter & magis ad rem, quod unio animae ad corpus non est finaliter propter perfectionem corporis, nec solum perfectionem animae, sed propter perfectionem totius consistentis ex illis partibus, & ideo licet nulla perfectio possit accrescere huic parti, vel illi, quae non possit haberi sine tali unione, tamen non fit frustra unio, quia perfectius totius, quae principaliter intenditur a natura, non posset haberi, nisi illo modo; ita Doct. ibi, ex quo doctrina sufficienter solvitur propositum argumentum ex hypothet. quod anima separata denuo reanatur corpori retentis habitibus, & speciebus, quae habebat in statu separationis Demum S. Bon. ad 18. art. 2. ad 2. in resolutione quaesiti, omnium esse hanc animarum circulationem, & quod cum recedat a corpore obliviscantur malorum, quae habuerunt in corpore, & cum denuo accedat prius cognitorum.

Sexta Ratio Propugnata.

239 Sextum argumentum contra animarum circulationem factum disp. 5. cit. de gen. qu. 17. art. 2. numer. 172. erat quia multi habitus viciosi in voluntate generati in statu conjunctionis permanebunt in ipsa in statu separationis, & tandem conservari poterunt in ipsa, quocumque recurrent vice iterum novo corpori uniat, & sic ille homo in eadem inclinabitur vitia, inquit alter homo ex praecedenti corpore constitutus, Ferchius cap. 8. lib. 4. in primis notat nos in hoc argumento seductos, quia nam superius in primo argumento volebamus, quod homo constitutus ex eodem intellectu cum praecedente corpore corrupto, & homo constitutus ex eodem intellectu cum corpore de novo genito esset idem homo numero, nunc veritate contrididicimus, quod esset alter, & alter numero. Haec tamen est mera qualitas, nunquam enim diximus animam, quae hoc anno recedit a corpore hoc, si post multos annos revertatur in aliud numero corpus eundem numero hominem constitutur, quasi sola forma identitatis sufficiat ad unitatem, & identitatem numeralem compositi sine identitate materiae; sed in primo argumento diximus, quod amittentes circulationem animarum in diversa numero corpora ejusdem speciei coguntur, & ipsi concedere circulationem Pla-

Platoni ad scriptam in idem numero corpus, ferunt enim naturaliter videmus eandem materiam ad diversas fuisse formas; cur post multos annorum centurias contingere nequit eandem materiam rursus eadem anima informari, si animae continuo redeunt ordine circulari ad corpora informanda; nulla ergo est redargutio in hoc argumento, nisi quam ipse tangit, & nobis affingit.

Deinde negat assumptum, quia nullus habitus vel bonus, vel malus cum intellectu recedente recedit de corpore, sed intereunte corpore interit, status enim conjunctionis, & status separationis sunt status oppositi in anima rationali, oppositorum opposita sunt conditiones, & affectiones; quando igitur anima transit ab uno statu ad alium, omnia praesertim status accidentia deponit, & nuda procedit ad statum oppositum, ut alternatim fungatur operationibus congruis huic, vel illi statui. Tum quia amare, odisse non sunt operationes intellectus, sed compositi, quod destructio intellectus amare, aut odisse non potest 1. de anima 66. non potest tritari, aut gaudere, irasci, vel timere 1. de anima 63. non potest misereri, cogitare, addicere, remissivis 1. de anima 64. denique haec dicere de anima intellectiva est ac si diceremus animam texere, vel edificare. Denique ex hac nostra ratione arguit ad inconveniens, cum enim anima intellectiva in corpore innascitur, ex corpore multas pravus inclinationes concupiscentiae, & iracundiae sibi propter pugnam sensualis appetitus contra rationem, & corporis contra animam; non ergo a Deo esset anima in corpus infundenda unquam, ne a corpore, & sensu inclinetur ad illa vitia.

240 Ceterum non adhuc sufficienter probavit Ferchius in hominis interitu deleri ab intellectu omnes species hic impressas, & omnes habitus, & operationes, nec ex Aristot. illa namque ratio ex oppositione statum deducta jam supra dilata est num. 237. nam status separationis, & conjunctionis non opponitur in objectis ipsis intellectus, & rationibus cognoscendis, quae sunt species intelligibiles, sed in modo cognoscendi, seu in modo utendi illis, nam in statu conjunctionis utitur illis dependentem ab phantasmaticis, in statu separationis independentem, licet in statu quoque conjunctionis aliquo pacto uti illarum dari possit independentem a sensibus ex dictis num. 233. in secunda motione. Nec etiam sufficienter probavit ex Aristot. nam illa quoque duo loca ab ipso adducta ex lib. de longit. & brev. vitae cap. 2. & cap. de qualitate in praedicamentis, in quibus videtur docere Aristot. habitus unitellectu existente corrupti ad corruptionem eorum, qui sunt in sensibus, jam explicata sunt supra num. 238. & 239. ex dictis suo modo de hac re disp. 3. de anima qu. 6. in fine, & disp. 8. qu. 1. art. 1. num. 15. imo & Aristot. colligi oppositum Scot. 1. disp. 3. qu. 6. N. ex 3. de anim. text. 6. dum mentem appellat locum specierum, quia est scilicet conservativa earum, & Raguseus disp. 20. cap. 8. ex text. 20. 3. de anim. ubi ait Aristot. docere post mortem nos non remissivis sequiri in hac vita, non quia species hic acquisita delerit in ipso hominis interitu, sed quia jam acquisitis speciebus in continuo actu intelligendi versatur, unde non tam est remissivus, quam continuo per eas intelligens, & scietiam significasse videtur 1. Ethic. cap. 11. ubi vult desunt animas cognoscere proferos amicorum successus, vel infortunia, quod manifestum signum est in anima separata remansisse amicorum species, & simulacra; Quinimo in illo ipso loco in oppositum citato de longitudine, & brevitate vitae cap. 2. dum ait delectatio animalium delectatio scientiam, plane non loquitur de habitu scientifico animae inherente, sed alio existente in ipso animali, seu quibus phantasia, qui scientifico correspondet, loquitur enim eodem modo de corruptione scientiae, & sanitatis, quod tamen non bene diceretur, si per scientiam intelligeret habitum scientificum animae indifferenter, in omni videtur distinguere scientiam, quae est in animali, & ait de eius interitu corrupti a scientia, quae est in anima, si namque loquitur corruptis animalibus corrumpuntur scientia, & sanitas, quae in animalibus, & statim subdit, quapropter ex de animarum avocantur, qui utique ex his, si enim esset non natura, sed quemadmodum scientia in anima, sic anima in corpore, erit utique ipsius scientia corruptio pro corruptione, quae corrumpitur corrupto corpore, quare quoniam non videtur esse tatis, aliter utique habitus ad corporis communionem, & D. Thomas in hujus textus expositione ait Aristot. hic de anima intellectiva non loqui, quia dicit esse corruptibilem, unde haec auctoritas vel nobis faveret, vel certe non adveniret. Denique animam separatam secum species in statu separationis, tenet quod Contareni, qui tantum deserit Ferchius, quaest. de immortalitate animae cap. 7. ad 8. ubi etiam approbat doctrinam Scoti de anima separata, & Angelis in hac materia quantum ad modum cognoscendi per species, ac tam amplius iter, idem etiam tenet Capredonus de Theologia Arist. lib. 1. cap. 38. & 39. ubi vult de mente Aristot. & habitus, & species hic acquisitas in anima separata permanere, & cum in morte scientiam corrupti quoad illud, quod tenet ex parte sensus, non autem intellectus.

241 Quae autem adducuntur ex text. 63. 64. primi de anima non satis fideliter allegantur, nam in text. 63. non habetur animam non posse tritari, gaudere, irasci, vel timere, sed potius text. 64. ubi nec etiam loquitur absolute, sed dubitative cum particula fortassis; imò contextus illi etiam Ferchio sunt explicandi, quandoquidem videntur animam omnem profusam auferre propriam

operationem, & ponere esse solius compositi, & habentis omnes operationes, etiam illas, quae dicimus esse inorganicis, indifferenter enim ibi loquitur de actionibus sensibus, & intellectibus, organicis, & inorganicis, & inquit, omnes esse compositi, & habitus irasci, misereri, addicere, cogitare &c. per quod excluditur etiam communis responsio, quod Aristot. ibi loquitur de operationibus organicis, quae sunt totius conjunctionis, ut principii tam activi, quam receptivi, nam loquitur ibi etiam de addicere, & intelligere, quae non sunt ita totius habitus, itaque ex Scoto 4. disp. 4. qu. 1. E jusque totius totum non est nata per se esse, ejus totius potest esse aliqua operatio propria, quae non potest esse forma suae; sed per oppositum cujus forma specifica nata est per se esse; illius totius non potest esse aliqua operatio perfecta, quae non possit esse forma, ut operationis, quia operatio perfectissima, non potest inesse, nisi inquit secundum formam perfectissimam, & non potest esse secundum formam perfectissimam, & possibilem per se esse, nisi possit illi per se inesse, quid illud erit per se immediatum receptivum, ita si per se esse, per se potest recipere, concedo ergo (inquit Doctior) quod intellectus est propria operatio totius hominis, sed secundum formam perfectissimam in eo, tanquam secundum rationem propriam operandi, nec hoc solum, sed quia haec forma est separabilis, scilicet secundum eam, quod potest esse ejus, & ideo sic est propria totius, quod potest esse pars, licet quandoque est in toto, denominatio actionis non trilateralis ipsis immediatae, sed supposito, cujus est pars, quandoquidem actiones suppositorum esse dicuntur 1. Metaph. in principio, ut declarat Doctior 1. disp. 12. qu. 1. ad 2. princ. & 4. disp. 12. qu. 3. ad 2. princ. quam etiam expositionem Scoti recipit, & approbat Contareni. qu. cit. de immortalitate animae cap. 7. ad 8. et tamen adhuc differentia inter actiones organicas, ut videre, & inorganicas, ut intelligere, quod ita tribuuntur supposito praesice, ut ultime denominato, non autem ut immediate earum activo, & receptivo, ille vero utroque modo, & ideo nequaquam dici possunt operationes propriae ipsius formae, sed necesse sunt ipsi ipsius habitus. Denique argumentum, quod deducit ad inconveniens ex nostra ratione, nullum est, nam nostra ratio indoveniens deducit, quod ex hypothetico homo de novo constitutus per eandem animam ad statum conjunctionis revertentem in eodem inclinaretur vitia, in quae alter homo ex praecedenti corpore constitutus ex istis habitibus animae inherens non autem ex hoc, quod inclinaretur in vitia, & pravus inclinationes ex corpore novo contractas.

Ultima Ratio Propugnata.

242 Postremo de circulationem animarum impugnavimus disp. cit. de generat. num. 168. & num. 272. quia turpius absurdum, vel saltem aequè turpe, & nostrae fidei perniciosum non minus est circulatio animarum quam sit mortalitas ipsa, ita diximus num. 272. Tum quia etiam ex philosophia potiores rationes, & ex Aristoteli, plura, ac manifestiora habemus loca pro animae mortalitate, quam ejus circulatione, ita diximus num. 168. primum argumentum absolute procedit, & secundum veritatem Fidei nostrae Catholicae; alterum vero procedit in via Aristotelis.

Ferchius lib. 4. pagin. 433. cap. 1. valde in se hunc nostrum ferret discursum, ut illum calumniari possit, tanquam haereticum, & primum fidei nostrae contentanum, ubi enim nos diximus ex philosophia potiores rationes, & ex Arist. plura, ac manifestiora habemus loca pro animae mortalitate, quam ejus circulatione, relicta comparatione recitavit nostram propositionem, tanquam absolute prolatae sic nos habemus ex philosophia potiores rationes pro animae mortalitate, quam quidem propositionem nunquam nos asserimus, sed oppositam, nam disp. 1. de anima qu. 1. cap. de animae immortalitate num. 182. haec verba habemus ex his omnibus colligitur, quomodo opinio de immortalitate naturaliter sit evidenter, quia evidenter pro se rationes habet, quarum utriusque sunt quae nos ultimas, non ergo diximus ex philosophia haberi potiores rationes pro mortalitate animae absolute loquendo, neque facta comparatione cum immortalitate, sed praesice facta comparatione cum animarum circulatione, ut patet ex nostra propositione jam relata ex numer. 168. in fine, & rursus, cum diximus haberi ex philosophia potiores rationes pro animae mortalitate, quam pro circulatione, non loquimur de philosophia in se, quae est vera philosophia, ut nobis impingit Ferchius in eodem capite, sed de philosophia Aristoteli, quia in eo parographo, ubi eam habemus propositionem sub num. 69. disputamus cum Ferchio de circulatione in sententia Aristoteli, ut patet ex illis verbis Nec dicit Ferchius id sentire in sententia Aristoteli, supposito mandata sententia, non autem secundum veritatem, ad quod praecedendum effugium statim subdimus Nam candidiores philosophi, & demente Arist. immortalitatem animae defendunt &c. quem peritum terminamus illis verbis, & utique ex philosophia potiores rationes, & ex Aristoteli, plura ac manifestiora habemus loca pro animae mortalitate, quam ejus circulatione, quae ultima verba addita sunt ad declarandum philosophiam, de qua est sermo in ea propositione, esse philosophiam Aristoteli, non autem ad innuendum oppositum, ut intellexit Ferchius ut nos calumniari possit, tum quia inferius num. 172. volentes distinguere, philosophiam in se vera philosophia Aristotelis, hanc vocamus peripateticam, illam vero veram philosophiam

his verbis haec dicitur, & alia absurda sequuntur in vera philosophia, & etiam peripatetica ex animarum circulatione; ergo per philosophiam in discursu facto num. 168. intelligimus philosophiam Aristotelis de qua ibi erat sermo, non autem philosophiam in se; & ibi duas facimus comparationes, primo comparamus immortalitatem cum mortalitate, & dicimus candidiores Philosophos de mente Aristotelis immortalitatem animae defendere; deinde mortalitatem comparamus cum circulatione, & dicimus per philosophiam, & Aristotelis plures haberi rationes, & locos pro mortalitate, & Aristotelis plures, quod rursus nunc asserimus, nam pro mortalitate plures exant auctoritates, & rationes deducuntur ex Aristotele, ut patet apud Auctores eam tunc de mente Aristotelis. at pro circulatione nec unquam tunc potest asseri, ut constat ex supradictis num. 224.

243 Deinde sub num. 177. comparando rursus mortalitatem cum circulatione dicimus hoc enim turpius putamus absurdum, vel saltem aequè turpe, & nostra fidei perniciosa non minus, quam sit ipsa mortalitas Ferchius hanc nostram propositionem lib. 4. par. 433. cap. 1. ab initio ita recitavit hoc enim turpius putamus absurdum, vel saltem aequè turpe, & fidei nostrae perniciosa, quam sit ipsa mortalitas, ubi, ut videt, fraudulenter particulam aequativam perniciosa non minus, immutat in excellivam perniciosa; & paulo inferius sub eadem phrasè excellivam repetit rursus eandem nostram propositionem hoc modo, tertium nempe a nobis assertum est, perniciosa est immortalitas, quoniam per se ipsam animam, quam sit ipsa mortalitas, & Aristotelis excellivam facit nos asserere nedum circulationem, sed etiam ipsam immortalitatem illi conjungendam esse mortalitatem perniciosa; quod tamen ab ipso nobis unquam assertum esse, quia quoad esse magis vel minus, vel aequè perniciosa, nunquam comparavimus mortalitatem cum immortalitate sive per se sumpta, sive circulatione adiuncta, sed praecise comparavimus cum ipsa circulatione, & valde apud me differunt illae duae propositiones, circulo est perniciosa, vel aequè perniciosa, ac mortalitas ipsa, immortalitas cum circulatione est perniciosa ipsa mortalitate, nam praedicatur perniciosa aut aequè perniciosa, in prima propositione affirmatur de ipsa circulatione praecise, in secunda vero affirmatur nedum de circulatione, sed etiam de ipsa immortalitate, si non per se sumpta, saltem circulatione conjuncta; super haec imposturam polleat Ferchius integram in hunc modum. Duplicem rationem ad cognoscendum, utrum perniciosa sit fidei Catholicae mortalitas intellectiva, an immortalitas cum regressu in humana corpora tantum, & cap. 2. illius Disput. probat mortalitatem esse longe perniciosa, quam sit immortalitas cum regressu ex Concilio Lateranen. sub Leone X. sess. 8. ubi tanquam perniciosa error damnatur animae mortalitas, cum illa non solum non est, sed & essentialiter humani corporis forma existat, verum & immortalis, & pro corporum, quibus insunt, multitudine singulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda sit, quod magis esse constat ex Evangelio, cum Dominus ait, animam autem occidit non possunt, & alibi, qui edis animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam exsolvit eam, & cum aeterna praemia, & aeterna supplicia pro merito vitae iudicandis reponuntur; hic expressè est damnata mortalitas animae, at regressus animarum in corpora humana, neque in hoc Concilio, neque in aliis reperitur damnata, ergo est perniciosa mortalitas animae, quam immortalitas cum regressu.

244 Respond. in primis negando minorem, nam Triumphus Catholice veritatis opprimit haereticam odava, quae erat Albigensium, & Albigensium, refert, quod Ecclesia universalis in Concilio Lateranen. sub Alexandro III. Papa, & Federico I. Romanorum Imperatore anno salutis 1179. 5. Martii celebrato, 300. & amplius P. inter quos praesidebat Summus Pontifex Alexander III. hanc assertionem cum ceteris Albigensium erroribus damnavit, imò & in eodem Concilio Lateranen. sub Leone X. a Ferchio adducto, ac etiam in eodem decreto non oblitus hanc haeresim damnari ex duplici capite; nedum enim decretum Concilium, quod anima sit immortalis in praedicto decreto, sed insuper, quod est multiplicabilis, multiplicata, & multiplicanda pro corporum multitudine, per quod significat eandem animam plures homines successivè non constituisse, ut asserunt circulatori, decernerit item penas, & praemia animabus hinc decessitibus respondentibus aeterna esse, atque perpetua, quod non fiat cum circulatione, quae statuit animas statim temporibus sepius, ac infinitas ad corpora regredi, ergo in eodem decreto simul cum mortalitate damnatur circulator, quod neque Ferchius negare potuit diluit. cit. cap. 4. in fine; Deinde concessio etiam toto argumento nisi rite contra nos concluditur, neque enim nos diximus circulationem esse fidei Catholicae perniciosa, quam sit mortalitas ipsa, sed diximus non esse minus perniciosa, neque in titulo perniciosa comparavimus mortalitatem cum immortalitate, aut per se sumpta, aut circulatione conjuncta, sed praecise cum ipsa circulatione, & hanc praecise diximus esse aequè turpe absurdum, & nostra fidei perniciosa non minus, quam sit ipsa mortalitas, quam etiam eandem phrasim adhibuimus disp. 1. de anima qu. 10. de anim. immortalitate nu. 158. illis verbis, & turpius putamus absurdum est imponere Arist. hanc doctrinam, quam de circulatione animarum, cum hac circulator sit aequè turpe, ac mortalitas animae.

245 Iam quando etiam hoc diximus, non utique absolute locuti sumus, sed per quandam exaggerationem, quia ut notat Do-

ctor 2. disp. 3. qu. un. ad primum secundum Philosophum 2. Ethic. cap. ultim. sicut in moribus via deveniendi ad medium est aliqua, licet procedere ultra medium versus extremum, ita frequenter Sancti extinguendo contra hereses pullulantes excellivè locuti sunt volentes declinare ad aliud extremum, & ita multum ponderandum est, contra quos haereticos Sancti sunt locuti, sicut Augustinus contra Arium videtur quasi declinare ad Sabellium, & de converso, similiter contra Pelagium declinare ad Arium, & de converso; hac quippe cautela se Ferchius excusat lib. 2. cap. 6. num. 30. cur non solverit rationes se factas pro separabilitate, iulicque substantialis formatione in universalibus, videbam enim, inquit, Alexandros multos ad hoc malum inclinat, ut crederent animam indeclinabilem esse mortalem, & inseparabilem fundari in universalibus negativa nulla forma esse separabilem; ut ergo mentes Peripateticorum ad hanc veritatem quadam forma substantiali esse separabilem, simpliciter, & incorruptibiliter adducere, inclinavi ad extremum contrarium, & pro viribus ostendi, omnem formam substantialem esse ingenerabilem, & incorruptibilem, & separabilem, ut mens lectoris gravata in hanc partem longe facilius ad veritatem intentam, hoc est ad formam separabilem cum Aristotele tendendam accederet. Hanc eandem exultationem nos quoque assumimus non minus nobis, quam ipsi valuerunt, videbam enim nonnullos animas immortalitatem tuentes quidem, sed cum hoc errore, ut crederent eandem animam saepius redire in corpora, & Arist. ad veritatem, ut ergo mentes horum Peripateticorum ad hanc veritatem, quod non datur animarum circulatio, adducere, inclinavimus ad extremum contrarium, & diximus circulationem animarum esse turpius absurdum, vel saltem aequè turpe, & nostrae fidei perniciosa non minus, quam sit ipsa mortalitas; quod per exaggerationem, inquam dictum est, ac veluti per excellum, ut mens lectoris gravata in hanc partem, longe facilius veritatem intentam, hoc est, ad circulationem negandam accederet secundum veritatem, ac etiam secundum Aristotelem, quam circulationem Faber adversus Atheos disp. 1. cap. 12. n. 261. tribuit Pythagoricis, & Platonis, & ait nunquam fuisse ab Arist. admissam.

246 Demum cap. 4. illius Disput. pag. 452. nobis rursus imponit, quod lectores horumque Alberti ad rationum opinionem amplectendam, illis verbis, Verum Offensores me ad Alexandri rationum opinionem hortantur dicentes, sicut iussit cum Alexandris consentire in anima mortalitate absolute, haec quoque mera impostura est, nam num. 168. dicimus, candidiores Philosophos de mente Aristotelis immortalitatem animae defendere, ut in statu separationis beari possit, quare si Ferchius eam volebat infinitas esse ad huius mundi mileria redituras, Alexandrius manum dare ad destruendum alium animae statum, in quo recte gellorum praemia referat, male vero penas laet, unde satis iustus, quod cum esse in anima mortalitate consentisset, quam cum dicitur in eius regressu ad corpora, falsissimè quidem esse animarum circulationem etiam in sola corpora humana, quam ipsa mortalitas, & atque ex philosophia, & Arist. plura, ac manifestiora habemus loc. cit. pro animae mortalitate, quam eius circulatione. Et rursus inferius num. 172. concludimus in hac verba, volens dicimus satis esse in Aristotele sententia animae mortalitatem tenere, quam immortalitatem asserere, cum tam absurda afferat, & iniquissimas animarum, haec enim verbum dicitur absurdum, vel saltem aequè turpe, & nostra fidei perniciosa non minus, quam sit ipsa mortalitas. Ex hoc utroque loco constat semper sermonem esse de immortalitate animae in Arist. sententia, non autem in philosophia in se; constat etiam absolute loquendo asserere de mente Aristotelis immortalitatem animae defendi debere, cum candidioribus Philosophis; & tandem comparatione facta inter mortalitatem, & circulationem dicimus in Aristotele plures reperiri auctoritates, & rationes pro mortalitate, quam pro circulatione, quia pro illa plures referuntur ab Alexandris, nulla vero pro illa a Circulatoribus, ut constat ex dictis; atque ideo dicebamus ex hypothese, quod horum duorum errorum alter in Aristotelis sententia defendi deberet, praeter mortuam immortalitatem tenere apud Aristotelem, quam non semel hesitandum significavi, quam circulationem ab ipso neque somniatum, absolute tamen loquendo in eius sententia teneri debere immortalitatem animae quam expressius significavi, & aperte debere non semel falsus est, licet necessaria ratione non demonstraverit, quae est sententia Scoti 4. disp. 43. quod in toto volumine Defensionis Ferchii contra respondentem ultima primis; a conviciis, & impolitis intumescit, ex eisdem crevit progressus, & tandem in haec definit, quibus a volumine detrahit, sicut pro defensione nihil, aut factioe ex nihilo praesertim elaboratum est, ita revoletur in nihilum, & haec dicta sufficienter pro responsione ad doctrinam, quam inter injurias, & convicia sparlam in eo libro vix colligere potui, ad scommata, & conviciata me esse imparem, & impotem ad respondendum, quod fieri potens essem, nec adhuc responderem, nam & status Religionis, & Philosophiae studium me coercent.

Ut autem Lector aequus iudex in hac causa esse possit, in calce huius responsionis adscribo, quae eleganter dixit doctissimus Ragulensis disp. 23. cap. 20. de quorundam auditorum, & Auditorum temeritate, & arrogantia; de illis inquit, non possum equidem non illorum temeritatem, atque inanem arrogantiam vehementer deplorare, quia nulla pro usur ratione ducit, nec illis fundamētis subiacet, sed solum sibi autem cupiam

cupiam habita, liberè tanquam verissima pronuntiare audent quaeque vel ab auctore illo scripta sunt, vel quae ab eodem exerece aliquo modo possunt de istis vero ait, Vocare hos ego folio scientiarum perturbatores, veritatisque obscuratores, nos quidem iniuria, hi enim cum verum veritate, de quibus loquuntur, tam lepidè quodam dicendi genere multitudinis primis animos ad benevolentiam allicite, ubi dein apud divites, vulgareque homines famae celebres facti sunt, quaeque videantur ut arbitratu pronuntiant, auctores alios commendant, alios condemnant; dictionum, sententiarumque aliorum censores se exhibent, quasi si folii, propterea quod reconditurum literarum cultores vociterunt, reum omnium iudices, honorisque arbitri sint constituti. His vulgus, his javenes nulla prorsus habita ratione, ac constantissima cum ceteris locuta communicant, ac si eadem ab ipsis veritatis perciperent; quid plura? omnifices isti eo temeritatis pervenerunt, nimioque multitudinis applausu adeo tumidi facti sunt, ut illos non pudeat vel gravissimum in quaque scientia Doctorem sententias aperte corrigere, quorum certe ineptissimi essent auditores.

QUAESTIO VI.

De ordine accidentis ad substantiam.

247 Aristotelis 6. Metaph. text. 4. comparans substantiam cum accidentibus triplicem praesertim tribuit primitatem substantiae in ordine ad accidentia, nimirum primitatem definitionis, cognitionis, & temporis illi verba substantia & ratione, & cognitione, & tempore omnium primum est, quas omnes prioritates latè declarat Doct. 7. Metaph. qu. 2. 3. & 4. ubi Antonius Andreas Zerb. Faber, & alii Metaph. ego de hac breviter agam in hac flora quaestione, quae difficultate vacat.

Circa primam prioritatem substantiae ad accidentia nempe rationis conveniunt Expositores per hoc Aristotele intellexisse prioritatem definitionis accipiendo minimum rationem pro definitione iuxta consuetam Aristotelis phrasim, quod manifestè colligitur ex eius notatione, inde enim probat, substantiam esse accidentis priorem, quia accidentis dicitur per substantiam, non e contra; pro cuius intelligentia recolendum est ex dictis disp. 1. Logic. quae ff. 4. art. 2. b. initio duplicem assignari solere definitionem, unam purè quidditivam esse solo nomine genere, & differentia constantem, quae est propria substantiae, alteram vero per additamentum datam, & est illa, quae ultra genus, & differentiam aliud exigit extraneum additum, ut res perfectè, & exactè intelligatur per ordinem ad ipsum, & hoc modo dicuntur accidentia definiti per substantiam 7. Metaph. 15. 16. 17. sicut enim accidentis non dicitur simpliciter, & absolute ens, sed cum addito quibusdam, modo superius explicato qu. 1. sic etiam ad definitum non dicitur simpliciter dicta, sed per additamentum data, res enim definiti debent, sicut sunt, ratio autem, cur substantia cadere debeat in definitione conceptus per additamentum, innotuit a Doctore 4. disp. 12. qu. 1. quia omne accidens habet rationem formae inhaerentis, talis autem forma nequit haberi perfectè conceptus quaezans intellectum sine illo, cui inhaeret, conceptus autem perfectè nisi cointellectus id, cuius est, & cui inhaeret, cum igitur definitio exprimat perfectè conceptum definiti, ideo quantumcumque essentialia formae exprimerentur sine illo, cuius est forma, quantumquiditas eius indicaretur, tamen non esset conceptus perfectè quaezans intellectum, & ideo nec definitivus, & haec est necessitas definiti accidentis per substantiam.

Et huiusmodi, ergo pars est necessitas formam substantialem definiti per additum, sicut & accidentis. Respond. utrobique est necessitas (inquit Doct.) patet per Philosophum definitum animam 2. de anima, ubi statim ponit corpus, quod est perfedibile ipsius, vel totum compositum, cuius ipsa est pars, nec aliquid potest pertinere ad essentiam animae, sed tantummodo hoc, quod est actus, quod significat respectum animae ad illud, cuius est forma, non tamen est similis additum hinc, & ibi, quia in definitione formae substantialis additur aliquid, quod facit per se unum cum ipsa, vel cum ipsa est per se pars, quod dico propter modum definitionis diversum formam definiti vel per totum, vel per materiam, sed in definitione formae accidentalis additur aliquid, cum quo non facit per se unum, nec cuius est pars per se. Dices definitio est oratio perfecta explicans essentiam, & quidditatem rei; ergo quicquid pertinet ad essentiam, & quidditatem rei explicandam potest esse quid additum, & praeter essentiam, quia essentia rei explicari potest nedum per praedicata quidditativa, sed etiam per aliqua essentiam necessaria consequentia, qualis est in proposito ordo transcendentalis, quam dicit forma ad materiam, accidens ad substantiam.

248 Circa aliam primitatem nempe cognitionis notat Doct. 7. Metaph. qu. 3. & cum eo Antonius Andreas posse dupliciter intelligi, quod substantia sit prior cognitione ipso accidente, vel primitate originis, & generativis, vel primitate perfectionis; quam

do Aristotele inquit substantiam esse priorem accidente cognitione, non intelligit de prioritate originis, nam in hoc sensu saltem pro statu isto, & respectu cognitionis nostrae, res potius est contra se habet, quod accidens est prius cognitione substantia iuxta illud, quod docuit Aristotele 1. de anima text. 11. accidentia magna partem conferunt ad cognoscendum quod quid est, ex quo sic arguitur, illud est prius cognitione alio via originis, ex cuius cognitione in cognitionem alterius deducitur, sed sic est, quod ex cognitione accidentis pro statu isto devenimus in cognitionem substantiae, non esse contra, ergo &c. Probat minor, quia pro statu isto omnis nostra cognitio ortum ducit a sensu, & ideo nihil intellectus cognoscere potest, quod aliquo modo non fuerit in sensu, sed illud, quod est in sensu est species accidentis, quia objecta sensuum exteriorum sunt accidentia, ut patet, ergo &c. hoc modo probat Doct. accidens esse prius substantia quoad cognitionem primitate originis 1. d. 3. q. 3. K. & d. 22. q. 1. de quo ex professo tractavi disp. 6. de anima q. 6. art. 2.

249 Loquitur ergo Arist. de primitate perfectionis, intenditque substantiam esse priorem cognitione, quam sit accidens, quoad perfectionem, quatenus substantia est perfectius cognoscibile, quam accidens, est autem perfectius cognoscibile, quia habet perfectius quod quid est quod expressè colligitur ex ipso Aristotele contextu, ubi sic loquitur (sere enim tunc putamus nunquamque magis, cum quid est homo, aut ignis sciamus, quam quale, aut quantum, aut ubi, notat tamen Doct. qu. 3. cit. in fine, quod licet substantia sit perfectius cognoscibile simpliciter, tamen potest perfectius adhuc cognosci a nobis accidens secundum proportionem cognoscibilitatis suae, neque ista duo repugnant, quia perfectius v. g. species alieuius albi temis mihi representat ipsum album, cuius est species, quam species solli representat oculo album, quia ipsum Solem, & magis video album secundum proportionem visibilitatis suae, quam Aquila Solem secundum proportionem visibilitatis suae, licet Sol simpliciter sit perfectius visibile, quam hoc album, non ergo repugnat, inquit Doct., quod substantia simpliciter sit in se perfectius intelligibile, ac etiam nobis si speciem illam pro statu isto cognoscere lib proprio conceptu quidditativo, & adhuc tamen accidens sit perfectius cognoscibile nobis secundum proportionem cognoscibilitatis suae. Obiici solet, quod accidentia supernaturalia, ut lumen gloriae, gratia, charitas &c. sint priora substantia quoad cognitionem etiam prioritate perfectionis, quia sunt in sua entitate perfectiora, quam sit substantia, cum sint ordinis supernaturalis. Respond. negando assumptum, quamvis enim in genere moris accidentia supernaturalia sunt perfectiora substantia, tamen in genere entis quae libet substantia etiam minima praestat omnibus accidentibus etiam supernaturalibus, ut docet Scotus 3. distinct. 1. 3. quae 1. ad 3. principium.

250 Concit huius expositioni Alensis 7. Metaph. text. 4. & 5. quaeritacula quinta, utrum substantia sit prior accidente notitia. Dicendum est, inquit, quod prius notitia potest esse duabus modis, uno modo quasi passivè, ut sit sensus, prius id est prius cognitio, ita quod illud vocetur, prius notitia, super quod fertur nostra notitia, & cognitio prius; secundo modo potest intelligi prius notitia quasi activè, quasi dicatur prius notitia, quod facit majorem notitiam, non quia prius cognoscatur a nobis, sed quia quoad cognoscitur, facit majorem notitiam de re, quam aliquid aliud; primo modo accipiendo prius notitia, accidens potest esse prius notitia ipsa substantia, & quadam prioritate temporis, quia prius tempore fertur nostra notitia super accidens, quam supra substantiam, secundo modo, accipiendo prius notitia substantia est prior notitia accidente, quia si eadem re cognoscitur substantia rei, & accidentis rei, majorem notitiam habemus de ipsa re per ipsam substantiam, quam per accidens, ita quod prius notitia non est, prius notitia in tempore, sed prius hoc est dignius, vel nobilius notitia, & isto modo accipit hic Philosophus, quia ipse dicit, quod si de eadem re cognoscimus, quid est, quale est, majorem cognitionem habemus per ipsum quid est, quale per ipsum quale est, quia unumquodque, sicut se habet ad esse, sic ad notitiam 2. Met. 4. ita Alensis.

251 Circa prioritatem temporis, quam etiam attribuit substantiae in ordine ad accidens est major difficultas, quia nullo unquam tempore fuit substantia fine accidentibus, sed ab initio capit substantia accidentibus comitata; tum quia substantia non est prior accidente, quod est eius propria passio, non enim reperitur, vel reperiri potest substantia sine propria passione, tum demum, quia si est prior tempore omnia accidente, ergo est prior ipso tempore, cum tempus sit quoddam accidens, & sic tempus erit ante tempus. Ad hanc difficultatem explicandam varii sunt modi dicendi, quorum praecipuos breviter hic tangam, ut melior eligatur, ex Scoti 7. Met. 4. 2.

Prima expositio est Commentatoris 7. Metaph. text. comm. 4. ubi distinguit de accidente separabili, & inseparabili, & ait, quod si substantia comparatur ad accidens separabile, quaelibet substantia tam simplex, quam composita, dici potest prior tempore suis accidentibus, quia quaedam illorum tempore praedicat, vel illorum aliqua non praedicat, saltem quantum est e. e. potest ab illis separari, si vero comparatur ad accidens inseparabile, tunc non verificatur de substantia composita, sed solum de materia, quae, cum sit ingenerabilis, & incorruptibilis, praedicat tempore quodlibet accidentis proprium substantia compositae eam consequens ratione